



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||**

**Molanus, Johannes**

**Antverpiae, [1592]**

De sacra militia Comitum aliquot Flandriae in Syria & Oriente, qui fuerunt  
Ducum Brabantiae cognati. Appendix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38114**

ex una parte Turcos, qui Damascum tenebant; ex altera Sarracenos Aegyptios depulit. Expugnauit Tyrum, & postea Raphaneas in Cassiotide. Decessit anno regni xiiii.

Hoc Rege institutus est Ierosolymis ordo equestris sacræ militiæ, initio à professione S. Ioannis nomen adeptus, qui postea equum Rhodiorum nomine celebrior notiorque evasit: ac nunc, Rhodo amissa, Melitæ seu Malthæ insulæ angustias tuetur.

*De sacra militia Comitum aliquot Flandriæ in Syria & Oriente, qui fuerunt Ducum Brabantia cognati.*

## APPENDIX.

**Q**VAM aduersus Sultanum à Belgis Go-  
defrido Duce in Syria bellum gereretur;  
multum veræ gloriæ Robertus <sup>Robertus Zolymus.</sup> i. Roberti  
Frisij filius, Flandriæ Princeps, meruit; Arta-  
siam, Turcis ex vrbe profligatis, prælioque  
superatis asseditus. Deinceps cùm intolera-  
bili rerum omnium penuriâ, Christiani, qui  
Antiochiam obsidebant, laborarent; vna  
cum Boëmundo Tarentino latissimè in ho-  
stilem agrum progressus, tantam vini, peco-  
ris, atque tritici copiam in castra reportauit,  
vt ingentibus acclamationibus exciperetur.  
Et ad expugnandam Ierosolymam profectus,  
à Septemtrione proximus Godefrido Bullo-  
nio ingressus urbem, extremo voto satis-  
fecit, quo loco ipsius pater religione se  
priùs exsoluerat.

Deinde

F 5

Theod. Al-  
satius.

Deinde Theodericus Alsatius, Roberti Solymi auunculi exemplo inductus, quater cum exercitu in Palæstinam delatus, in primis Fulconi socero, bis Balduino, semel Almerico Solymorum Regibus auxilium tulit.

Philip. Al-  
satius.

Philippus autem patris vestigia imitatus, illuc religionis ergo initio profectus, à Balduino Rege Fulconis pronepote magnopere rogatus, Areten urbem in finibus Antiochiae cum ceteris obsedit. Sed nullum factum est, propter discordiam & luxum Christianorum, operæptetum. Hic in obsidione Ptolemaidis grassante peste extinctus fuit.

Baldwinus  
Byzantius.

Postea Balduinus qui Flandris Hannibusque iura præscripsit, cum destinatis in Syriam armis, Venetiis ageret, euenit ut illa expeditione postposita, Constantinopolis obseßæ & sociorum auxilijs Isaacio Mytilo erectæ Imperium, quindecim electorum confensione assequeretur. Sed à Valachis Seruissque in Adrianopolis oppugnatione interceptus, membratimque Ceruoæ dissectus, anno Imperij Byzantini 11. vitam finiit. Ab illo rerum in Græcia potiti fuerunt Henricus frater: deinde Iolanda soror, quæ ad Robertum filium, & Balduinum ex eo nepotem, Imperium transtulit.

Robertus Be-  
thunius.

Ad ultimum Robertus Bethunius cum pater in viuis esset, & Gregorius x. publicè hoc incitaret, vna cum Eduardo Britaniæ Rege in Syriam deuectus, & Zaphadinio Ægyptio

Ægyptio cum fratre imperfectis, magnam laudem adeptus est.

*De sacra militia HENRICI Comitis Limburgensis, & Ducis Lotharingiae.*

C A P. L I I I.

**G**O DE FRIDVS DuxLothariensium, & Princeps Ierosolymitanorum, moritur. xiv. & ultimus bene-ficiarius Bra-bantie Dux.  
Balduinus frater eius in regno ei succedit anno c10. c. Deinde, anno primo Henricus Im-  
perator, Henricum Limburgensem sibi ad-  
uersantem debellat; & expugnatis eius ca-  
stellis, eum ad ditionem coëgit. Sed Impe-  
ratorei multa summa gratiam suam redimit:  
etiam Ducatum Lotharingiae donat.

Hic sacrum bellum habuit contra Henri-  
cum i v. ad quod etiam filium Imperatoris  
pertraxit. Sed cùm postea ad patrem à filio  
deficeret, prioris meriti gloriam omnem ob-  
scurauit, & perdidit. Ducatum quoque suum  
amisit. Anno enim c10. c v i. Henricus de  
Limborch Dux, vt reus læsæ maiestatis ab  
Henrico Imperatore v. custodiæ traditur, &  
Ducatus eius, iudicio principum aulæ Impe-  
rialis, ei abiudicatur, & Godefrido Comiti de  
Louanio in perpetuum possidendus ab eo-  
dem Imperatore traditur. Anno sequenti, Si-  
geberto teste, Héricus exdux affectans repe-  
tere Ducatum, oppidum occupat. Aquis-  
granense contra Godefridum Ducem: sed  
hoc non ferens Godefridus, in oppidum  
Aquense vi irrumpit, oppidanos à facie Hen-  
rici